Quelle: https://manuscripta.at/?ID=237
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

et revelandos vel ad puniendum reprobos se-
xvij. Iudicio semper eos die afflictionis vel ad
puniendum electos. De qua dicitur ij. Thymo. iiij.
Reposita est mihi corona iusticie quam reddet mihi
dominus in illum diem. Inter quos et post quos omnes sunt
duo dies domini vniversales. vna que vocatur dies
domini magna vel vniversalis iudicii et consummacionis
seculi. Malachie vltimo. Ecce veniet dies domini
magnus etc. Alia que vocatur dies vna id est
cui nulla nox succedit pene vel igno
rancie vel miserie vel deficiencie. Zach. xiiij.
Et erit dies vna que nota est domino. Ps. Melior
est dies vna in atriis tuis etc. ¶ Ex predictis
omnibus intelligatur hic spiritualiter et proprie de v.
generibus dierum. scilicet de diebus temporis. etatis. vir
tutis consolacionis et diuine punicionis. Que con
dicionis temporis et tempestatis et abreuiacionis et pro
longacionis istorum dierum pertinet ad reuelacionem
sui tedii. ad ablacionem incommodi et ad al
lacionem desiderii sicut quorum defectione superius
conquerebatur. ¶ A diebus namque temporis iniciatur
mensuratur. continetur et consummatur humane
vite ductus. A diebus etatis humane vite pro
fectus. A diebus virtutis gracie profectus. A diebus con
solacionis ablacio defectionis et defectus. A diebus
diuine punicionis tocius mundi et presentis exe
cucionis cursus et tempus a mundi inchoacione vsque
consummacionem mundi. De diebus itaque temporis inter
rogat propter affeccionem tedii. De quo dicitur Eccl. ij.
Tedet me vite mee videntem mala esse vniuer
sa sub sole. De diebus etatis propter timorem finis
dubii. Job. xiiij. Breues dies hominis sunt et
Eccles. ix. Nescit homo vtrum amore vel odio
dignus sit. sed omnia seruantur in futurum incerta.
De diebus virtutis propter impulsionem desiderii
Ys. xxvj. Anima mea desiderauit te in nocte

sed et spiritu meo in precordiis meis de mane vi
gilabo ad te. Ps. Ad te de luce vigilo. De
diebus consolacionis propter absenciam impedimenta
incommodi. Ps. Quis dabit mihi pennas
sicut columbe et volabo etc. De diebus diuine
punicionis propter perfectum ad eternum gaudium vel
prelatum pro vno quod electum. Ad philipp. j. Cu
pio dissolui et esse cum Christo etc. vel vlterius pro omnibus
Mathei xxv. Venite benedicti patris mei etc. ¶ De
persequtoribus meis iudicium etc. Ecce exponit in
speciali quod querat proprie de diebus diuine punicio
nis quantum ad iudicium de persequtoribus id est de
tempore predicacionis vel vniversalis retribucionis ma
lorum et bonorum videns quod in presenti vite est
bonorum et malorum bona et mala et quod hic non
fiat retribucio plena. Qui autem sunt persequen
tes de quibus iudicium expetit et exspectat
per modum in versibus sequentibus patebit. quia vt
sepe dictum est tres sunt in genere. Iudei. heretici et pa
gani. Deinde est etiam persequitur tyrannus vltra
Caro concupiscens et fomes rebellans in
fine motibus racionis tyrannus. et dyabolus persua
dens et intendens vt hostis inimicus. ¶
Iudicium vero triplex expetit et exspectat. Primum — Iudicium triplex
iudicium conuersionis vel reuersionis quod expetit
de persecutoribus et infidelibus. Secundum iudicium
discrecionis quod expetit de malis et bonis spiri
tibus et hominibus. Tercium iudicium retribucionis
quod expetit de remunerandis vel dampnandis mal
hominibus et demonibus et insuper iudicium final
liberacionis quod expetit et exoptat de carnali
bus affeccionibus et corrupcionibus. ¶ Dicit ergo
quod sunt dies. scilicet exspectacionis mee et longani
mitate pacientie scilicet vsque in illa die qua facies de
persequentibus me iudicium. Ex quo colligitur
quod primum dierum exspectacionis qui est initus